Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& machina mentis inimici. & ipsi circumferuntur circum
latione. l coherentes sibi animos infirmos quodamodo
rotare conantur. ut parti nesciant ubi sint. Audierunt
enim vel legerunt quod scriptum est. quicumque in xpo baptiha
ti estis xpm induistis. ubi non est iudeus neque grecus.
non est seruus neque liber. non masculus neque femina.
& non intelligunt secundum carnalis [illegible] sexus concupis
centiam hoc esse dictum. quia in interiore homine ubi
renouamur innouitate mentis nostre nullus sexus
huiusmodi est. Non ergo propterea se negent uiros qui mas
culino sexu nichil operantur. Nam & coniugati xpiani
qui hoc opere non secundum hoc utique xpiani sunt. quod habent
commune cum ceteris non xpianis & cum ipsis pecoribus. Ali
ud est enim quod vel infirmitati conceditur. vel mortali propa
gatione persoluitur. aliud autem quod ad capessendam
incorruptam vel eternam uitam fideli professione signatur.
Illud ergo quod de non uelando capite uiris precipitur. incor
pore quidem figuratur. sed in mente agitur. ubi est imago
vel gloria dei. Verba ipsa indicant. uir quidem inquit.
non debet uelare caput. cum sit imago & gloria dei. ubi
autem sit hec imago ipse declarat cum dicit. Nolite
mentiri inuicem expoliantes uos ueterem hominem cum actibus
suis. induite nouum. qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius
qui creauit eum. Quis dubitet hanc renouationem
in mente fieri. Sed & qui dubitet audiat apertiorem
sententiam. Eadem quippe admonens ita dicit alio loco.
Sic est ueritas in ihesu deponere uos secundum priorem
conuersationem ueterem hominem eum qui corrumpitur